re sanus exnt a iure foro suis quibuscunque proprius recedens seque cum bonis
et successoribus suis omnibus iurisdictioni presenti quo ad actum praesentem incorporan-
dum recognovit. Quia generoso Joanni Piasseczki eiusque legittimis suc-
cessoribus centum et decem florenorum pecuniae communis monetae polonicalis certi vere et le-
quidi debiti seu mutuatae pecuniae tenetur praesentique inscriptione se et suos
successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit pro die et festo Conver-
sionis Sancti Pauli apostoli in anno domini millesimo quingentesimo septua-
gesimo quinto proximum venturo dare solvere realiterque circa acta praesentia
castrensia praemisliensia reponere repositamque relinquere nec iterum ab officio
effidiendere. In defectu vero solutionis et reponendi summae praefatae
pro tempore et loco supradictis extunc tenebitur vel sui posteri tenebuntur
in quatuor cuiusdam bene possessionatis quos sibi eligerit in bonis villae
Troiczicze dare et admittere realem interim et actualem pacificamque posse-
ssionem per minimum terrenum quemcunque sibi eligerit sub vadio similis
summae centum et decem florenorum pecuniae communis. Per ipsum Joannem Piasseczki
et eius successores bona praefata a intentione accepta ad festum Nativitatis
domini proxime venturum et a praefato festo Nativitatis domini proxime
in defectu exemptionis ad aliud simile festum Nativitatis domini et sic
de anno in annum annis sequentibus cum omni iure dominio proprietate actione
omnibus et singulis fructibus proventibus redditibus obventionibus attinentiis
universis nihil excipiendo ita prout eadem bona solus tenuit habuit et possi-
debat tenere habere possidere usque ad exemptionem summaque praefatae
plenariam persolutionem. Tenebiturque praefatus Andreas Troiczki
cum successoribus quos secum super omnibus bonis suis obligat eundem Joannem
Piasseczki et illius successores in bonis praefatis ab omni quavis iuridica
et extraiuridica impositione omnibusque damnis iniuriis violentiis et
impedimentis quarumvis personarum. Nec non ab inscriptionibus prioribus et
posterioribus debitis vinculis reformationibus ac a quolibet processu iuris
tamen quomodo opus fuerit tueri defendere evincere liberare pro-
tegere ac indignem et indignis reddere sub vadio simili centum et decem
florenorum pecuniae communis. Insuper etiam praefatus Andreas Troiczki se
et suos successores super omnibus bonis suis obligat inscriptionem praesentem
ex his actis ad acta terrena praemisliensia ante decursum unius anni trans-
ferre transportare similemque vel meliorem recognitionem facere sub simili
vadio centum et decem florenorum pecuniae communis. Pro quo quidem vadio seu
vadiis praefatus recognoscens cum suis successoribus citatus. Extunc a iuris-
dictione sua quavis competente recedens coram castrensi capitaneali praemi-
sliensi officio in primo actionis termino tanquam peremptorio stare parere re-
spondere ac pro praefato vadio seu vadiis omnibus exceptionibus conversis
praescriptionibus suspensionibus motionibus appellationibus earumque prosequentibus
ad quietem dilationem non petendo vel simplici infirmitatibus actione pro maio-
ribus legalibus legalibus quibuscunque impedimentis poena trium marcarum
et triplici poena ac aliis omnibus gentis dilationibus iuribusque remediis ac partibus
arrectis tamen quomodo opus fuerit satisfacere tenebitur et successores tenebun-
tur. Nulla praescriptione terrae in praemissis obstante.

Boratinskij tenetur Lowieczkij

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti Generosus Nicolaus
Boratinski mente et corpore sanus exnt pure recognovit. Quia nobili Joseph

Lowieczki eiusque successoribus Trecentos florenorum pecuniae communis tenetur pro fe-
sto sancta praesentis virginis proxime venturo solvere et circa acta prae-
sentia reponere. In defectu vero solutionis tenebitur cum suis posteris in sex
cuiusdam possessionibus quos sibi eligere voluerit in bonis villae
dare et admittere realem interim per minimum terrenum quemcunque. Per ipsum
Joseph Lowieczki et illius successores bona praefata tenere possidere
usque ad exemptionem. Tenebiturque eundem ab omni quavis impositione iuri-
dici et extraiuridica tueri defendere. Nec non inscriptionem praesentem trans-
portare ex his actis ad acta terrena praemisliensia infra unius anni de-
cursum sub vadio similis summae trecentorum florenorum pecuniae communis. Pro quo
vadio seu vadiis cum suis successoribus citatus tenebitur in officio praesenti
castrensi praemisliensi respondere ac ibidem non recedendo ibidem iuris remedio
remotis tamen quomodo opus fuerit satisfacere. Nulla praescriptione terrae
in praemissis obstante.

Rupmowskij tenetur Siemienskij

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti castrensi praemisli-
ensi Generosus Christophorus Rupniowski de Boguczicze terra Cracovi-
ensi mente et corpore sanus exnt a terris districtibus iuribusque suis quibuscunque
proprius recedens seque cum bonis et successoribus suis omnibus iurisdictioni pre-
senti castrensi praemisliensi quo ad actum praesentem incorporan pure et
per expressum recognovit. Quia generoso Nicolao Siemienski Dapi-
fero Sanocensi eiusque successoribus centum marcas pecuniae communis monetae
polonicalis certi vere et liquidi debiti seu mutuatae pecuniae tenetur
praesentique inscriptione se et suos successores super omnibus haereditariis et ob-
ligatis mobilibus et immobilibus nunc et in post habitis obligat et inscri-
bit pro die et festo Sancti Bartholomei apostoli proxime et immediate
venturo solvere realiterque circa acta praesentia castrensia praemisliensia in
castro praemisliensi reponere et relinquere nec iterum ab officio effidiendere
sub vadio similis summae centum marcarum pecuniae communis eidem Dapifero
vel illius successoribus per praefatum Rupniowski vel eius posteros quod
solvendum succumbens. Quod quidem vadium cum summa essentiali exten-
detur in omnibus haereditariis et obligatis mobilibus et immobilibus nunc et
in post habitis bonis ipsius Christophori Rupniowski et eius successorum Ni-
colaus Siemienski praefatus Christophorus Rupniowski se et suos successores super
omnibus bonis suis obligat inscriptionem praesentem ex his actis ad acta
terrena praemisliensia ante unius anni decursum transportare similemque
vel meliorem recognitionem facere. Et circa transportationem inscriptionis prae-
sentis Generosam Sophiam de Dembno consortem suam cum duobus amicis ip-
sius de lenia poena proximioribus ad praefata acta terrena praemisliensia ad-
ducere et statuere. Quae statuta tenebitur super inscriptionem praesentem ad-
omni iure suo suo consentire eandemque in omnibus conditionibus approbare
et confirmare sub vadio similis summae centum marcarum pecuniae communis
pro quo quidem vadio seu vadiis tum et pro summa principali pre-
fatus recognoscens cum suis successoribus citatus. Extunc a terris districti-
bus iuribusque suis quibuscunque proprius recedens coram castrensi capitanea-
li praemisliensi officio cui se actus praesentis respectu cum omnibus
bonis et successoribus subiit in primo actionis termino tanquam peremptorio
stare parere respondere ac pro praefato vadio seu vadiis tum et pro
summa principali ab officio non recedendo sub alio simili vadio omnibus exce-